

Quid consuetando suspensi perditis horas,
An Gallum semel, an semper foveatis Iberum?
Illum facta ratis vobiscum fœdera pactis,
Viciniq̄ue nimis suspecta potentia regni,
Regnorum sitis at multorum hunc armat, & orbis
Non unius amor. si vos fida hostia juvit
Rex terra melior, nec quem lugetis ademptum
Ne vixisse quidem vestros velletis in usus,
Vanales animas & dono speque redemptas,
Partaque probra malo dignis excindite pœnis.
Ite simul, nulla unitos vis hostica vincet;
Vincat & interdum, rebus non fine probamur,
Quem solum præstare potest ille omnia solus,
Præstabitque libens; nec enim sua sacra tueri
Non homines legumque decus pia Numina no-
lunt,

Quæ sæpe exiguas conferta in tela phalanges
Misere, & paucis magnos cessere triumphos:
Ferro hostes melius, quam vos livore, peribunt.
Id petite, ut causa quos dudum junxit ea-
dem,

Iungat mente Deus, gratisque arrideat astris
Imposito miseris per fanda nefandaque bello,
Donec, vel gladio quesita ultiore quiete,

Reddan-